



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Observanda in supradicto Exercitio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

Observanda in supradicto Exercitio.

ATque hic modus observandus est in Applicatione sensuum, ut bene succedat. non est tamen necessarium, tam rigide servare assignatum ordinem, ut primò semper visus omnibus visibilibus, & deinde alij successive suis objectis sive corporalibus sive spiritualibus applicentur. subinde enim melius succedit, si initium fiat ab Auditu, vel Tactu, & aliquando expediet, dum occurrit objectum pluribus sensibus commune, si omnes consequenter illi applicentur, ut intellectus parvum discursum

suum

suum cum maiori fundamento
faciat, veritas magis imprimatur
& confirmetur, & voluntas ma-
gis extimuletur efficaciorque ad
concitandos affectus reddatur.
Plerumque tamen melius succe-
dere consuevit, si ordo seruetur
maxime incipientibus. Prodest
etiam ut quis imaginetur sibi, nō
solum audire, videre, odorari,
gustare, & tangere illa, quæ clarè
expressa habentur in mysterio,
verum etiã ut dictum est in praxi
bene meditandi, ea quæ probabi-
liter accidere potuerunt circa il-
las personas, verba & opera quo-
rum fit mentio in historia, atten-
dendo tamen semper ad deco-
rum rebus omnibus necessariũ.